sedimine . et in colore . Sed de urinarum quidem discip
lina et secundum genera et species et differentias convenienter expo
suimus .

Puelle virgines faciunt urinam lucidam et minus
serenam . Urina mulieris concubitu turbida est et viri
semen in fondo vasis apparet . Urina mulieris con
sternate que sanguinea est . Urina pregnantis si primi
mensis vel secundi vel tertii habuerit nebulam habet minutam
et ypostasim albam et urinam minus claram .

Urina pregnantis que quartum mensem habet serena est et
unum colorem habet et ypostasis alba . et sex urine
inferius est crossa et lucida . Explicit liber urinarum

Incipit liber pulsuum .

Intentionem habentes in presenti conscriptione de pulsuum negotio
compendiosam expositionem tradituri . Dicemus primo quidem
pulsus et que utilitas et quid est arteria et quare dicitur ar
teria et unde exoritur . Incipiendum est ergo a primo quod
sit pulsus . Pulsus est motus cordis et arteriarum
qui secundum diastolen et sistolen fit ad frigiditatem in
nati caloris et egestionem fumosarum superflui
tatum . Tres vero sunt efficientes pulsum . iii . vir
tus faciens motum . Utilitas in ductorum et instru

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1089/0122
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG